

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**M. Vitrvii ... De architectvra libri decem**

**Vitruvius  
Frontinus, Sextus Iulius**

**Argentorati, 1543**

Cap. II

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

## DE ARCHITEC. LIB. VII. 171

ulla ex par-  
go seu far-  
ctis, si erit  
efendatur.  
nū imple-  
rit ad tres  
mixtiones  
neis decua-  
sum abso-  
catur, mix-  
raßitudine  
& libellam  
ea extracta  
etilia sint,  
extent. Sed  
m. Si tesse-  
rīq; à fricatu-  
ni, non erit  
diligenter  
x̄ēta, et ad  
uris cū fue-  
arena in-  
aenta, quid  
seu pandu-  
erea gelici-  
si necessitas  
catum fue-  
a duplēm  
ia pars te-  
ij mixtioni-  
ur, idq; pin-  
cleo induc-  
er binum di-  
binos, quod  
si bene

Si bene temperabitur, & recte fricatum fuerit, ab omnibus uitijs erit tu-  
tum. Vti autem inter coagmenta materies ab gelicidijs ne laboret, fraci-  
bus quotannis ante hyemem saturetur, ita non patietur in se recipere ge-  
licidij pruinam. Sin autem curiosius widebitur fieri oportere, tegulae bipe-  
dales inter se coagmentatae supra rudus substrata materia collocentur,  
babentes singulis coagmentorum frontibus excisos canaliculos digitales:  
quibus iunctis impletantur calce ex oleo subacta, confracenturq; inter se  
coagmenta compressa. Ita calx que erit hærens in canalibus durescendo,  
non patietur aquam, neq; aliam rem per coagmenta transire. Cum ergo  
fuerit hoc ita perstrati, supra nucleus inducatur, & uirgis cædendo subi-  
gatur. Supra autem siue ex tessera grandi, siue ex spicata testacea struan-  
tur, fastigij, quibus est supra scriptum, & cum sic erunt facta, non cito  
uitiabuntur.

### DE MACERATIONE CALCIS AD ALBA- ria opera & tectoria perficienda.

C A P V T. II.

CVM à pavimentorum cura discessum fuerit, tunc de albarijs operi-  
bus est explicandum. Id autem erit recte, si gleba calcis optime an-  
te multo tempore quam opus fuerit macerabitur: uti si qua gleba parum  
fuerit in fornace cocta, in maceratione diurna liquore deservere coacta  
uno tenore concoquatur. Namq; cum non penitus macerata, sed recens  
sumitur, cū fuerit inducta habens latentes crudos calculos, pustulas emit-  
tit, qui calculi in opere, uno tenore cum permaceratur dissoluunt & dissi-  
pant tectorij politiones. Cum autem habita erit ratio macerationis, &  
id curiosius opere preparatum erit, sumatur ascia, & quemadmodum  
materia dolatur, sic calx in lacu macerata ascietur. Si ad asciam offende-  
rint calculi, non erit temperata, cung; siccum & purum ferrum educe-  
tur indicabit eam euaniā & siticulosam, cum uero pinguis fuerit &  
recte macerata, circa id ferramentum, uti glutinum hærens, omni ratione  
probabit se esse temperatam. Tunc autem machinis comparatis, camera  
rum dispositiones in conclaibus expediantur, nisi lacunaribus ea fuerint  
ornata.

X DE CAME